In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dum vivit litera vivit et actio commissa litere
labiles enim perpetuat actiones. Proinde Nos Petrus Abbas Wythovien(sis) Strenuus vir dominus Dobko
heres de Samyecz et Michael heres de Sgeworzle mediatores seu arbitri tamquam Iudices specialiter deputati
per Magnificum dominum Nicolaum de Michalow Castellanum et Capitaneum Cracovien(sem) Notum facimus universis
et singulis presentibus et futuris presencium noticiam inspecturis. Quod coram quibus Iudicibus seu mediatoribus cause
commisse: venientes prudentes ac providi viri Consules Civitatis Buzen videlicet Stanislaus Gnith Adam Trze-
cziak Mathias Gumbyerth et Nicolaus Crapyczka tunc temporis existentes una cum consensu communitatis civitatis
eiusdem non compulsi nec coacti sed deliberato sano et sufficienti consilio: fassi sunt et recognoverunt se beni-
vole recessisse ac resignasse rasuram pannorum que dicitur postrzigalnija perpetue in civitate seu opido Buzen
Venerabili viro domino Thome Lochinsky preposito Buzen tunc temporis existenti ac ipsius conventui eiusdem Monasterii
Buzen suisque successoribus etiam ut perfruantur cum censu et proventibus fiendis de prefata rasura perpetue
tenendam habendam possidendam et in quantum ipsi preposito Monasterio alienandam. Si autem quod absit aliqua pars
cause ausa fuerit infringere hanc concordiam amicabiliter et benivole factam, extunc Strenuus vir dominus
Dobeslaus de Samyecz compromisit et fideiussit pro domino preposito et conventu Monasterii Buzen pena vallata seu va-
dium centum marcarum pecuniarum partem arbitris et reliquam ipsis Consulibus Civitatis eiusdem. Et econtra Con-
sules prefati etiam fideiusserunt alternatim pro se et pro civitate eiusdem vadium domino preposito seu ipsius conventui
medium tunc civitati et medium ipsis arbitris. Ut autem hec prefata permaneant rata grata firma et ine-
notabilia sigilla nostra mediatorum ac Iudicum prefate cause presentibus sunt subappensa. Actum et datum
in Curia domini prepositi Buzen die dominico proximo post Octavas Epiphanie domini. Sub Anno domini
Millesimo CCCC Tricesimo quarto, presentibus testibus arbitris prefatorum necnon Johanne dicto Mirz
heredi de Bolechowicze. Petro heredi de Swyeslawicze Wischone etc. de Swyeslawicze. Johanne presbitero
de Magnoszdzecze nunc tunc temporis rectore Scole, et Stanislao procuratore, et aliis quam pluribus fidedignis.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam dum viuit litera viuit et actio commissa litere labiles cuius perpetuat actiones. Proinde Nos Petrus Abbas Wythowien., Strenuus vir dns Dobko heres de Samyecz et Michael heres de Sgerzowzis mediatores seu arbitri tamquam Iudices specialiter deputati per Magnificum dnm Nicolaum de Michalow Castellanum et Capitaneum Cracovien. Notumfacimus vniuersis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam inspecturis Quod coram quibus Iudicibus seu mediatoribus cause commisse Venientes prudentes ac prouidi viri Consules Ciuitatis Buzen videlicet Stanislaus guth Adam tzeznak Mathias gumbyerth et Nicolaus Swyeczka tunc temporis existentes vna cum consensu communitatis ciuitatis eiusdem non compulsi nec coacti sed deliberato sano et sufficienti consilio fassi sunt et recognouerunt se beniuole dedisse ac resignasse rasuram panni quod dicitur postrzigalnija perpetue in ciuitate seu opido Buzen Venerabili viro domino Thome Lochinsky preposito Buzen tunc temporis existenti ac ipsius conuentui eiusdem Monasterii Buzen suisque successoribus etiam vt prefertur cum censu et prouentibus fiendis de prefata rasura perpetue tenendam habendam possidendam et nunquam a predicto Monasterio alienandam. Si autem quod absit aliqua pars cause auserit infringere hanc concordiam amicabiliter et beniuole factam, ex tunc Strenuus vir dominus Dobeslaus de Samyecz composuit et fideiussit pro dno preposito et conuentu Monasterii Buzen pena vallata seu vadio centum marcarum pecuniarum partem arbitris et reliquam ipsis Consulibus Ciuitatis eiusdem. Et econtra Consules prefati etiam fideiusserunt alterutrum pro se et pro communitate eius vadium dno preposito seu ipsius conuentui medium [illegible] et medium ipsis arbitris. Vt autem hec prefata permaneant rata grata firma et inconcussa, presentibus sunt subappensa notabilia Sigilla nostra mediatorum ac Iudicum prefate cause. Actum et datum in Curia dni prepositi Buzen die dominico proximo post Octauas Epiphanie domini Sub Anno domini Millesimo CCCC Tricesimo quarto, presentibus testibus arbitris prefatis necnon Johanne dicto [illegible] de Swyeslawicze, Johanne presbitero de Bolesowicze, Petro heredi de Swyeslawicze, Wischone [illegible] de Magnoszdzieze, [illegible] tunc temporis rectore Scole, et Stanislao prouisore, et alijs quam pluribus fidedignis.

1484 w Niedzielę pier
wszą po Oktawie Trzech
Krolow od Mieszczan
Buskich konwentowi
Buskiemu na Postrzy
galnię Sukna do
naya albo Ofiara

Z Fascykułu 37

N. 2.

No 253

[illegible]